HIERONYMUS
2. Hälfte 12. Jh. Seite 50r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36492
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



legitur: Vnde & dido sydonia regii generis cū eneam suscepisset hospicio.
hac patera ioui uina delibat qua belus & omīs abelo soliti didicim⁹ exor-
diū demonis. immo hominis in demonē consecrati. Omīa enī ydola ex
mortuorū errore creauerunt. Audiam⁹ cetera. Lingua hebrea & syra baal
intpretatur. exon. id ē habens. Si uoluerim⁹ dicere habes me. dicim⁹ baalim.
Et apud utrāq; gentē uxores uiros suos uocant. baali. id ē uir meus. Q̄d
intelligitur: habens me. & est sensus. qui me habet in coniugio. Eadem
hebreorū lingua uocatur uir: is. Vnde & uxor que de uiro sumpta ē in
genesi appellatur: issa. quasi auiro uirago. Q̄d g̊ dicit ds̄. hoc ē. Cū utroq;
sermone hoc ē is. & baali appellat̄ uir meus. siue maritus ms̄. tantū m̄
ydolorū nomina. ut etiā q̄d bene dici potest. ppter ambiguitatē & uerbi
similitudinē nequaquā uelim dici. sed appellari me isi magis quā baalim.
& dū aliud loquit̄. alterius recordabitur: & uirū nominans. ydolū cogitet.
Ignosce obscuritati. que trib; nascitur modis. aut rerū difficultate. aut
magistri imperitia. aut discentis nimia tarditate. Neq; enī hebreū pphām
edisserens. oratoris debeo declamatiunculis ludere. & in narrationibus
atq; epilogis asiatico more cantare. sed auxilio orationū tuarū & in
credibili discendi studio aperire que clausa s̄. Deniq; aquila diligens
& curiosus intpres. uocabit inquit me uir meus. & n̄ uocabit ultra
habens me. id ē baalim. Et pcutiā eis fedus in die illa cū bestia agri.
& cū uolucre celi. & cū reptili terre. & arcū & gladiū & bellū conte
ram de terra. & dormire eos faciā fiducialiter. Lxx̄ta. Et disponā eis
testamentū in die illa cū bestiis agri & cū uolatilib⁹ celi & cū reptilib⁹
terre. & arcū & gladiū & bellū conterā de terra. & habitare eos faciā
in spe. Quando omīa religionis aduerse uocabula fuerint ablata de pplo
dn̄m confitente. & uocauerit inquit me uir meus. nequaquā baali
id ē ydolū meū. tunc pcutiam eis fedus atq; concordiā cū bestiis agri.
& uolucrib⁹ celi. & reptilib⁹ terre. De hoc tempore & esayas loquitur:
Habitabit lupus cū agno. & pardus cū hedo accubabit. Vitulus & leo
& ouis simul morabunt̄. & puer paruulus minabit eos. Vitulus &
ursus pascent̄. & simul requiescent catuli eorū. & leo quasi bos come
det paleas. nequaquā carnē sanguinēq; desiderans. sed mundis ac sim
plicib⁹ uescens cibis. Quando petro ut corneliū susciperet ex nationibus
reuelatū iussūq; est ut comederet omīs bestias. & nihil inmundū eē
cognosceret q̄d cū grārū actione pcipitur. sup quib⁹ audit postea. q̄d
ds̄ mundauit tu cōmune ne dixeris. Ergo in aduentu oni saluatoris
post resurrectionis ei⁹ triūphos & ascensū ad patrē. duo parietes